



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Maleficarum ex hæresi prouentus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

obtinebant, abduci potuerat. Hæc repetenti iam Augustam Canisio facta obuiam honesto cum comitatu in curru sedens, rogare institit Patrem, vt ad se non longo diuerticulo vicinam in arcem adiret. Quod ipsum cum ceteri de comitatu instarent, omittendam non existimauit salutaris Venator nobilis prædæ occasionem. Adfuit in Arce Deus mulieri: cognouit errores, & eiecit, edidicit veritatem, & complexa est: peccata totius vitæ (nunquam enim erat confessa) apud Canisium deposuit: denique catholica facta & gaudiū in cælo Angelis peperit: & inibi domesticos summa voluptate compleuit. Qui festum diem, vt celebritate, quæ causæ consentanea esset, agerent, fecit Canisius, vt mūdati per homologesim pectora, sumptaque candida innocentia stola puri, ac nitidi ad diuinas epulas vna omnes accūberent. Illa autem ad Christi caulas redux ouicula nihil suos quanquam præclaros verita parētes, ac necessarios qui malè dolebant ab communi errore deductam, rectum pietatis callem cum perseuerantia magnoque progressu tenuit.

Qui Ceterum in tanta rerum caligine, ac corruptela neuti-
quam deserebat suam causam cæleste

*Maleficarum
ex heresi pro-
uentus.*

Numen: sed insolitis quoq; documentis ad viam salutis, ruentes in exitium reuocabat gentes. Prodigij habebatur loco ingens turba maleficarum, quæ super flagitia infanda, & scelera, quæ perpetrabant dira mortalibus importabant damna, quemadmodum ipsæmet comprehensæ in questionibus fatebantur. Nimirum ea contemptæ pietatis vltima, & summe horrenda pœna est, eademq; irati implacabiliter Numinis documentum, extrema impietas. Ad Canisium venit Herbipolitano Præsule Friderico Cancellario, vrgens incoëptionem Collegij, quod peroptabat Antistes in ea Vrbe. Is, dum pessimum deplorabat Herbipolitanae Ecclesiae statum, narrauit paulo ante inter tumultum militarem extitisse sacrilegum Hæreticum, qui sacrosanctam Hostiam (honorandum dictu) nefariis pedibus proculcare non veritus sit. Nec ab Deo vindice vltionem diu moratam. Priusquam impiatos pedet efferret è Templo, brachium Monstro illi ietu sclopeti confixu, deinde cum domum recessisset, ipsum in semet conuertisse bombardulam, miserimeq; periisse indignum, qui alio conficeretur, quàm se ipse carn-

Sacrilegi militis pœna